



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

2. An requiratur nomen scriptum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

para, sigillata, e firmata di nostro Nome, e sigillo, perche d'altra maniera no gaudagnano detta Bolla, ne le gratie di quella.

2. Rectè autem dicit (quelli, che la pigliaranno) sensus enim est (qui velint recipere) siquidem, nemo ad eam sumendam, obligatur, ut insinuat Sapch. lib. 2. Sum. c. 13. num. 14. sine, quando docet agrotum in periculo mortis constitutum non valentem adire Superiorem pro absolutione Reservatorum, non teneri bullam accipere, ut à Reservatis absolvatur, sed posse absolvi à simplici Sacerdote, quia non tenemur, inquit, inquirere modos extraordinarios, & privilegia, sed uti possumus modis ordinariis ab Ecclesia constitutis. Vide alium similem casum apud Trull. l. 1. §. 1. sub. 2. n. 2.

§. III. An requiratur, ut in Bulla inscribatur nomen ejus, qui illam accipit?

1. Querimus, an sit necesse conscribere ejusmodi nomen in ipsa bulla. Id enim, quamvis fieri diligenter soleat, disponaturque sic debere fieri commissarius, tamen scire omnino debemus, utrum id solum expediat, an ita sit opus, ut nulla acquirantur privilegia ab habente bullam, si in illa suum recipientis nomen non sit inscriptum.

2. Respondeo. Solum expedire, non autem esse obligationem, judicat Bardi p. 3. r. §. c. 2. a. n. 3. & apud ipsum Ludovic. à Cruce, Rodrig. Hent. Villalobos, Trull. quibus adde Castrop. de Bull. p. 1. num. 7. verba Summarii, quod in nostro Regno Fidelibus distribuitur, hujusmodi, hac de re, sunt.

E porche Voi, Titio de Amatis, havete dato due Reali, &c. & havete ricevuta questa Bolla essendosi in essa scritto il vostro Nome, dichiariamo; che havete conseguito, e vi si concedono le dette Indulgenze, Gratie, &c.

3. Prædicti igitur doctores declarant illud (essendosi scritto il vostro nome) non, quasi dicat conditionem, sic (se est rescriptum tuum nomen, conceduntur tibi Bullæ privilegia) sed solum demonstrat id, quod de facto est in hunc modum (Per hanc Bullam, in qua nomen tuum rescriptum est, tibi conceduntur privilegia) &c.

Ego cum Gall. claus. 1. d. 1. 19. volo, ut inscribatur nomen, saltem, quo securius in re tanti momenti procedatur.

4. Fateor tamen, nomen posse à quocunque inscribi, nec esse necesse, ut id fiat à depositario bullarum, quia in Summario Vulgari prædicto, dicitur quidem, ut inscribatur nomen tibi (essendosi in essa scritto il vostro Nome) sed non præscribitur, à quoniam scribi debeat.

5. Fateor item, nomen appellativum sufficere, ut (Dux talis, Princeps talis, &c.) modo sic, singularis, & determinata persona signetur.

§. IIII. Sufficitne Receptio sine Acceptatione, vel Acceptatio sine Receptione.

1. Profecto non sufficit: unde qui bullam sumit, seu recipit, debet simul illam acceptare: Privilegia enim personalia solum, iis favent, qui illa acceptant. Rursus qui illam acceptat, debet apud se illam actu & physice recipere, quia dicitur, ut modo vidisti, id mandat Pontifex. Quare nec sufficit receptio sine acceptatione, neque hæc sine illa.

2. Multo minus sufficit habere intentionem accipiendi: cujus rei sequens exemplum habet. Titius non multis abhinc annis accessit aliquanto tardius ad fores Ecclesiæ, ubi distributor bullarum sedebat, petiitque ab eo bullam, atque consuetam elemosynam largitus est, adque in libris suarum rationum notavit distributor, scripto item ibid. Titii nomine. Sed quia bullas omnes, quas domo in Ecclesiam secum attulerat, aliis fidelibus is distribuere, dixit Titio. Ita fructus privilegii bullæ, nam ego nunc determino pro te nam ex bullis, quas distribuere

das domi custodias, & illam tibi applices, tanquam amodo est. Acceptavit Titius, suamque domum revalens, contulit lachryma die illo, qui dies erat ex debitis Quatuor cibis ad mensam adhibuit Titius, licetque veritas fide, quæ forte tunc intercessit?

3. Respondeo, nec legitime, nec licite. Ratio nimis est manifesta, quia nimis clare commissarius generalis, cujus est explicare, quæ pertinent ad bullam, voluit ad recipiendam bullam privilegia, ea physice, & materialiter quis habeat per alium, seu per bullarum distributionem, hoc enim significant illo duo bullæ verba signata (recipitur, & retineatur).

4. Confirmatur, quia ut habet Seb. Acoll. in expl. l. 9. l. 2. commissarius generalis in §. ult. introductionis etiam pro iis, qui de bullæ Privilegiis conciones apud populum habituri sunt, prohibet sub excommunicationis pena, ne suscipiens Bullam Cruciatam illam retineant apud Theaurarium, ne scilicet inde subreptam aliquæ fraudem. Hæc ille. Si ergo non est bulla relinquenda apud distributorum, seu Theaurarium, postquam illa actu recepta est, eritne relinquenda antea.

5. Rectè igitur Henriquez lib. 7. c. 10. n. 5. Sic notat Olim inquit, sufficiebat conscribi in libro Depositarii proprium nomen susceperunt Bullam, atque ita fructus qui Privilegiis Bullæ; nunc vero, ut Privilegiis qui fructus, satis non est intentio sumendi, & conscripsi, nisi Bulla recipiatur.

6. Porro hic, ubi versamur in Receptione & Acceptatione bullæ, aliquot se offeunt dubitationes explicandæ.

PRIMA DUBITATIO.

De receptione Bullæ pro existente in alio loco.

7. Si existas in eadem civitate, tu, & Amicus qui pro te bullam jam promulgatam accipias, illamque ad te ferat, vel te de acceptance moneat, tuque acceptus, sufficere ad acquirendas à te gratias bullæ, non est dubium, confirmatque ipsa praxis, qua servis, amicis, qui veniunt ad bullam recipiendam. Sed dubitatio est, quando tu, & amicus in diversa commorantur civitate, vel Regno. Et quidem res evenite his modis potest.

8. Primum, si existas tu, & amicus in eodem regno, ubi bulla promulgatur, sed in diversa civitate, si v. g. tu P. normi habitans actu accipias bullam pro amico v. g. Titio consistente Messanæ, quæ est Civitas ejusdem Siciliæ regni; atque ille à te admonitus de receptione, accipiet: gaudere poterit bullæ Privilegiis?

Respondeo, gaudere posse. Hæc enim receptio non est actio, ut ita dicam, personalis, quæ scilicet debeat ab eadem persona fieri, quæ privilegium recipit: satis est enim fieri per suum amicum, tanquam per suum instrumentum, seu Procuratorem. Patet id in imperatoribus dispensationum, & similium, quæ mihi profunt, si fiant à meo Procuratore: dummodo cætera servent, quæ requiruntur. Requiritur autem in casu nostro, ut tu porrigas elemosynam loco amici, ut inscribatur ejusdem nomen, & ab eodem acceptetur; & denique ut bulla conservetur apud te nomine ejusdem amici, quam conservationem sufficere, mox dicemus §. 4. Atque ita fulsent Suar. Henriq. Villalob. Trull. allati, & approbati à Gall. claus. 1. d. 170.

9. Secundo modo prædictus casus accideret posset, si tu existas in uno regno, & amicus in alio, sed in utroque promulgetur bulla, ut, si tu existens hic in Sicilia, sumas bullam pro Caio v. g. existente in Hispania, proderitne Caio (postquam is acceptaverit, &c.) illa bulla, quam tu pro eo in Sicilia sumpstisti?

Respondeo. Mihi videtur profuturum, quia jam Caio existit in loco apto ad sumptionem bullæ: id quod solum requiritur